

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: De magna humani ingenii vi ejusque
amplificandae ratione dixi, 12 [...] 1795

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De
magna humani ingenii vi ejusque
amplificandae ratione
dixi ad
Christoph. Henricus Sollius.

ad. d. xii. Jul. 1795.

Kyze

Director gravissime!
Socii honoratissimi!

Quodsi per pauca modo temporis momenta
viam evolutionis efformationisq[ue] humani
generis adde[n]te contempleretur; quodsi
hominem per se solum & cum aliis ho-
minibus conjunctum perscrutemur; siq[ue]
varios ejus r[ati]o[n]is conatusq[ue] ad cujusq[ue]
generis perfectionem, transcurre[n]tes se-
per se & invicem se amplificantes
emendantesq[ue], perscrutemur: infinitum
diversarum ejus virium efficacitatis
ambitum facile intelligimus. Jam in
purissima luce scientias, praeclarasq[ue]
artes, quae hominum mores sensusq[ue] benigne

colluctant, & vitam quam maxime
 dulcem reddunt, in summo culturae fa-
 stigio contuebimur: historice quoque ductu
 prima earumdem initia requiscentes,
 vix adhuc egenam valde illarum pi-
 mam materiem agnoscemus; attoniti
 culturam, quam gradatim adeptae
 sunt, admirabimur; neque, ubi ea fi-
 nem habitura sit, divinabimus. Ita
 stupet viator per acclivia ascendens,
 partem viae emensus, in profunditatem,
 unde eluctatus est, despiciens. Neque ve-
 ro ibi subsistit; altiora ante se suspici-
 ens, firmato animo audacter adsurgit,
 excelsam metam adsequutus. Equis

humana intelligentia vices circumfribit?
 ecquis itinera, omnesque eius impersecuta-
 biles vias pernoctat? ecquis eius diver-
 sissima munera enumerat? Ea sola ho-
 minum vitam regit, & per sexcentas
 complicationes ad magnum eius finem
 deducit. Ea nos ab omnibus aliis re-
 bus creandis decore dignitateque discernit,
 & magna destinatione nostra nos idone-
 os reddit. Quantum adversi & molesti
 ea jam a societate humana amovit!
 Quantumque illinc adhuc eximendum
 superest: ut felicitatis tranquillita-
 tisque nostra auctrix sit & conservatrix!
 Respicite tristia illa superstitionis er-
 roribus tempora. Cruelitas ac caecos,

maxima
 ista sa
 ductu
 uisente
 rum qu
 attenti
 adepta
 si ea si
 is. Pa
 lecondi
 inditab
 s. Mege
 le sup
 ad p
 . Equi

specie religionis velata, pulcherrimum
 Dei mundum devastabant; donec tandem
 lux & veritas beneficos radios disperse-
 rent. Tum tranquillitas terrarumque
 & gentium salus, velut de ipsius ma-
 nu descendit. Homines, sibi fratres &
 amici facti, junctim ad quietem pro-
 speritatemque condebantur.

Et vero progressiva ac semper latius
 fusae ingenii humani efficacia lumine-
 orem desideratis expositionem, atque scien-
 tiarum arduamque historia exhibet. Si-
 stite vos ante magni cujusdam viri
 imaginem, cujus ingenii vires velut
 sopore in impubere excitatae, sensim

dein ampliata, continua diligentia ma-
 gis semper efformata, ad sublimem denique
 operosamque efficacitatem evehebantur, que
 rationum regnorumque facta ordinat regibus.
 Contemplamini a quam tenui initio hu-
 manum ingenium in quam excelsitatem
 usque patientia erigi queat. Nec dum
 vis ille, ab incunabulis inde, faculta-
 tum suarum visumque conscius erat.
 Preclarissimæ Dodes, olim ipsum præ-
 ceptorum multitudine distincturæ,
 celestibus radiis exæquaturæ, omni-
 adhuc ædus expectes, in ipso obdor-
 miebant. Totus ad animale necessi-
 tatem adductus, vixdam sensibus suis

sensibus suis exprimendis sufficiens, elin-
 quis adeo, transigebat primae infandiae di-
 es. Talem Siamnum deprehendimus
 virum, quem consummate humani ingenii
 formationis exemplum olim admirabi-
 mur. Jam demum, velut albo somno so-
 pita vires, evolvi incipiunt. Relatus
 in informatorum circulos, facultates
 ipsius emendabatur; max ab infan-
 dia sua comitibus suppicitur, & ab
 educatoribus laude ac beneficiis exor-
 natus. Pedetentim conceptiones &
 experientia locupletiores verioresq; eva-
 dunt. Paulatim homines, functiones ac-
 tionesq; humanas dignoscere & dijudicare

deficit
 mat a
 imple
 tiores
 sunt
 per o
 augue
 finis,
 de bin
 studio
 ingeni
 tur, c
 nem e
 gradu
 audit
 cat
 eor de

discit. Sui officii grarus, obsecrat et assi-
 mat aliena bona, eaq̄ ad agendum sibi ex-
 empla proponit. Tam ardenti studio al-
 tiores veritates & sublimiorem lucem, quae
 sunt omnis humanae scientiae firmamente,
 per omnia rimatur; jamq̄ magna de eo
 auguramur, videmurq̄ nobis jam excelsi-
 tatis, cui provida numinis cura ipsam
 destinavit, notas animadvertere. Assiduo
 studio ac semper intenta cura interim
 ingenii vires magis semper amplian-
 tur, confirmantur, accuuntur, & infir-
 nem efficacitatis in comune profuturæ
 gradum consequuntur. Tam primum
 audita patriæ vocatione, libens ei di-
 cit vires suas, usus & experimento
 easdem ad majorem fecunditatem per-

Ducit. Sollers, ubicunq; potest, felici-
 tatem prosperitatemq;, insprimis etiam
 per infimos sui generis diffundere labo-
 ret. Et quando magis virtutes ejus assi-
 mantur, & ab optimo quoq; laude & amo-
 re compensantur, tanto hilarius eis sedij-
 num reddere solet; tantoq; uberius &
 conspectuis bona ipsius fructificantur,
 ingenii animiq; magnitudo explicatur.
 Attollit eum civitas ab uno efficacia-
 tis gradu ad alterum; & ubiq; nova, pa-
 rum antea cognita vi quadam splendet.
 Nunc potenti manu gubernacula civi-
 tatis amplexus, tranquillitatem felici-
 tatemq;, sine modo diffundit circum
 se. Nunc, sumis infimiq; civium
 suorum opem ac tutelam implozan-

tibus auxiliatricem manum ex caquo por-
 rigit. Ipse inspiciente leges nunc facti-
 enter constituta, & secura salus, pax atque
 concordia, unice regnant. Ipse iura hu-
 mana civilemque pacationem, sine quibus
 nulla humanae societatis salus est, defen-
 dit ac tuetur. Ubique ipse operatur,
 nec superbiorum cuiusque generis oppres-
 sionum insolentia conspicitur, nec gementi-
 um sub illa hominum questus audiuntur.
 Fortis & intrepidus pestifera tyrannide, &
 inter necivae dominationi obnititur. Non
 nisi probitate, paternaque cura atque
 clementia subditorum amorem sibi
 conciliare studet. Ipsius exemplo
 alii ipsorum officia nosse & sincera
 fide exercere discunt. Religionem
 puram, ac suum ejusdem amorem,

ceu potentissimum foecundissimumque
 civitatum bonum, sapienti sollicitu-
 dine per omnia circumferre studet:
 contra, firmo constantique animo ad-
 versus obusam superstitionem, omnemque
 ejus nocentissimum comitatum pugnat.
 Ipsa protegente artes scientiaque, pul-
 cherrimi saluberrimisque humani inge-
 nii fructus, suaviter & tranquille
 florent. Ita promanant undique ab
 ipsius vestigiis quies & salus. Homini-
 bus carus deoque amatus, fructuosis-
 sime vitae suae dies consumit; donec
 in extremo curriculi sui, explica-
 ta fronte aeternitati, perfectam quie-
 tem remunerationemque sibi laburae,
 obviam procedat.

Pari modo e fertili terra progerminans
 dulcis vitis, nullo adverte, spinis
 & graminibus consplicita, inutilibus
 herbis equiparata, evasit; donec tan-
 dem attentus cultor observaret eam,
 diligentis cura dignaretur. Mox
 pullulabat sub blande virentium
 foliorum umbra nobilis fructus, ge-
 nerosusq; humos assidui cultoris operam
 remunerabatur.

Similiter curatissima humani ingenii
 cultura nobilissimos & saluberrimos
 fructus refert. Ecquis vero improbus
 hoc prestantissimum Dei munus temere
 & proterve perdat? Ecquis caelestem
 illam vim, quae sola nobilitatem
 nobis & praestantiam praeceteris

naturis praestabat, incuriose negligat:
 ut non criminosisime ingratitude
 nis erga benefactorem, qui eam de-
 dit nobis, reum se ipse reddat. Quin
 praestantissimum illud donum effor-
 memus atque perficimus, in nost-
 ram & aliorum felicitatem illud
 conferimus; sicut ad magnam nost-
 ram destinationem in regno spiri-
 tuum magis appropinquamus.

Reputa hoc, o Juvenis, & quovis ad-
 miniculo, ac praedioso, nimis aliquin
 fugaci tui ingenii excolendi tempore
 quam diligentissime utere.

regulat
abitari
canon
Bab. bin
um effe
in roth
Mud
am roth
o ppiu
15.
uoris di
is aliq
Tempe



Christophorus Henricus Lull
receptor
23. 1. 1799

